



DEO OPTIMO MAXIMO FORTUNANTE!

ENODATIO 1646 *5.7.6.5*

# LEG. IV. V. VI. TIT.

PANDECTARUM *16*  
POSTREMI,

Quæstionibus materiæ subiectæ  
convenientibus illustrata & ad disputandum,

*In Celeberrimâ Academiâ Wittebergensi,*

Ex decreto atq; Authoritate Amplissimi  
Collegij Juridici proposita.

*ab*

HENRICO COSELIO  
de Pezlinovez J. U. D.

*Respondente*

GEORGIO FRIDERICO Nageln  
Hal: Sax.

*Habebitur*

*Ad diem 25 Julij.  
horis & loco consuetis.*

*WITTEBERGÆ,*

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVI.



三  
二  
一  
四  
五  
六  
七  
八  
九  
十

संग्रहालय द्वारा तृप्ति की जाएगी।

EDWARD JAMES WILSON FOUNDED

卷之三

1911-1912-1913-1914

ИХ ОУ Н ОДАИ





I. N. J.

LEX. IV.

Elle) Voluntas est facultas  
seu vis animi, quâ bonum expeti-  
mus, malum aversamur, duce ra-  
tione. Estq; duplex, remissa nempè  
& integra. Remissa in his est, quæ  
vi, vel metu, vel obsequio sunt.  
Integra verò ibi demum est, ubi quid  
ultrò atq; sponte volumus. add. Cu-  
jac.ad rubr. D. quod met. causa gestum erit, circa fin. Propriè i-  
taq; is demum velle dicitur, qui sponte pro suo arbitrio fa-  
cere potest id, quod alioquin cuivis plenè libero de jure fa-  
cere licet. l. si quis major. 41 C. de transactionib. Proinde co-  
acta voluntas, voluntas quidem dicitur, sed impropriè, i-  
deoq; etiam remissa appellatur. Vid. Hippolyt. à collib. hic.  
Quandoquidem mandatum potius, quam rem mandatam  
coactus vult exequi, sicut eleganter Augustinus in c. merito  
queritur 15. q. 1. declarat. Hinc fit, ut voluntas coacta  
veræ voluntatis effectum non semper sortiri possit, uti ex  
l. hac nostra, & l. si priv. 17. D. qui & à quib man. lib. videre licet.

Non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domi-  
ni. &c. Licet alias imperium Magistratus habere dicantur,  
qui & coercere aliquem possunt, & jubere in carcerem duci,  
quales sunt, *Consules, Praefecti, Patores, Proconsules*: l. in jus voce.  
ri 2. D. de in jus vorando: Attamen hic loci imperium accipitur  
pro potestate patriæ & dominicæ. Dominica dicitur, quām  
Jus gentium introduxit. l. manumissiones 4. D. de f. & f. cu-  
jus causa quandoq; à Jure Civili etiam procedit. Constat

A 2

cñim

enim ex tit. 3 de jure person. quod servitus constituantur, nati-  
vitate, captivitate, venditione atq; condemnatione. Quan-  
doquidē servi aut nascuntur, aut sunt nascuntur ex ancillis  
nostris: sunt aut Jure Gentium, id est, ex captivitate, aut Jure  
Civili, cū liber homo major 20. annis ad pretium partici-  
pandum sese venundari passus est. § servi 4. 3. de jure personar.  
Deniq; quando quis propter crimen capitale per sententiam  
condemnatus est ad mortem: nam tunc servus poenæ quoq;  
efficitur, (quamvis hodiè nullus liber per sententiam servus  
poenæ fiat. Nov. 22. c. 8 ibi nos autem hac permittimus, & nul-  
lum ab initio benē natorum ex supplicio permittimus fieri servum)  
& libertatem amittit. l. qui ultimo 29. D. pænis, Unde & testa-  
mentum facere non potest. l. ejus qui 8. §. si cui aqua, D. qui  
qui testam. facere poss. Nisi poena sit ei remissa, vel si fuerit  
restitutus. Quod fieri potest, cū per Imperatorem hono-  
ribus, ordini, & omnibus cæteris in pristinum statum restitui  
queat. sit l. 1. C. de sent. pass. & rest add. Schneid. ad d. l. 3. de jure  
person. Vult. ibid. n. 4. Hujus potestatis dominicæ effectus plu-  
rimi reperiuntur, quos ramen omnes & singulos hīc recen-  
sere, propositi nostri non est. Et olim quidem de Jure  
Gentium domini jus vitæ & necis in servos habebant, adeo  
ut impunè eos occidere liceret. § in potestate 2. cum §. seq. 3.  
de his qui sui vel alieni juris sunt, (quod jus utrum ex verâ ratio-  
ne Juris gentium ortum traxerit, haud videtur dicendum,  
perea quæ tradit Clarissimus Franzk. in exercit jurid. exerc. 2.  
q. 2.) Huic tamen inhumanitati posteriora secula mederi  
conata sunt: & primum quidem lex Petronia voluit ne do-  
minus servum suum, qui mortem meritus non esset, inter-  
ficeret: quam fermè oblitteratum ex imperatoribus renova-  
vit primus Nero, & post eum Hadrianus: tametsi prohibi-  
tionibus illis non obstantibus cædes ejusmodi nihil-  
minus frequentarentur, quoad Antonius Imperator poenam  
in eos dominos, qui in servos innocentes tale aliquid admit-  
terent, constituisset. §. n. 1. 3. d. 1. & ib. Dd. Hodiè igitur illa  
potestas occidendi servum est sublata, ita quod occidens ser-  
vum



vum proprium teneatur sicut occidens servum alienum  
vel liberum hominem, criminali scilicet judicio, ex L.  
Cornel. de siccari. quæ non facit differentiam inter libe-  
rum & servum l. i. §. Et qui hominem D. ad L. Cornel. de siccari.  
l. inde Neratius 23. §. si dolo 9. D. ad L. Aquil. & esse talem homi-  
nem reum homicidii manifestum est, ex l. unic. C. de emendat.  
servor. Reinbar. Bachov. ad §. 3. J. de his qui sui vel alieni juris  
sunt. Moderata tamen correctio atq; castigatio permissa  
est dominis in servos inobedientes, ita, ut etiam verberare  
eos liceat. d. §. ult. Et l. unic. C. d. tit. Secundus effectus pote-  
statis dominicae est, ut servus nihil proprii habeat, sed  
qvicquid acquirit, hoc omne domino acquirat, non solum  
scienti, aut ratum habenti, sed etiam ignorantibus & invito. §. i.  
Inst. de his qui sui vel alieni juris sunt §. itē nobis. 3. J. per quas per-  
sonas cuig, acquiritur: add. l. servg 62. D. de V.O. Præter hos effe-  
ctus & alii reperiuntur, puta, quod servus non potest conde-  
re testamentum l. filius fam. 16. D. qui testam. fac. post. nequè te-  
stis esse potest. l. quoniam 11. C. de test. neque judex. l. cum præter  
12. §. non autem 2. v. morib. D. de jud. nisi per errorem l. Barb a-  
rius 3. D. de offic. Prætor. item ab officio tabellionatus repellit  
tur. l. generali 3. C. de tabulariis. Et c. Uno verbo, constat, au-  
thoritatem hanc & potestatem ab omnibus per quæ genti-  
bus receptam fuisse, ut servus nolens volens cogeretur ob-  
temperare domino, & prosus quoad bona & personam esset  
in aliena potestate, domini scilicet: Unde & quoad Jus Ci-  
vile servi pro nullis habentur. l. quod attinet. 32. D. de R.  
Jur. l. in personam 22. D. eod. tit. J. de his qui sui vel alieni Juris  
sunt. §. sed Jus quidem 2. J. de J. N. G. Et C. l. manumissiones 4. D.  
de J. Et J. Patriam potestatem quod attinet, ea quoque in-  
peculiari jure consistit, per quod filii & filiae, cæterique per  
lineam masculinam descendentes, ratione personæ & bo-  
norum suorum subjiciuntur patri & avo paterno, quoad  
certos effectus. Eadem potestas etiam nexus, paternus  
dicitur. l. cum oporteret. 6. §. cum a. 3. C. de bon. quæ liberis.  
potestatis patriæ vinculum l. padum 4. C. de pact. convent. Vin-  
culum.



culum familiæ. *I. cum bonis.* 87. *D. de acquirend. hered.* Di-  
cuntur etiam sacra patris. *I. fin. § fin. C. ad S. Tertull.* *I. cum*  
*furious.* 7. *in pr. C. de curat furios & prodig.* & absolutè sacra  
*I. in conjunctione 20. C. de nupt.* *I. cum oporteret.* 6. *in pr. C. de bon-*  
*gu & liberis.* Sed ut plurimū potestas illa dicitur patria,  
idque à patre: Soli enim patri, non etiam matri illa com-  
petit. *§ feminæ.* II. *Inst. de adopt.* Modo, quibus patria pot-  
estas constituitur, à *Dd.* communiter notantur tres. Justæ  
nuptiæ seu matrimonium, *pr. f. de patr. potest.* legitimatio.  
*§ ult. f. de nupt.* *I. nuper legem.* II. *C. de natur. liber.* & *adoptio*  
*pr. f. de adopt.* *I. pr. D eod Vultej.* *ad pr. f. de patr. potest.* n. 16.  
Cui autem juri potestas hæc patria adscribi debeat, inter  
*Dd.* non convenit. Nos omissis superfluis, reverentiam  
& obedientiam quæ parentibus debetur, Juri Gentium ad-  
scribimus. *I. veluti 2. D de f. & f.* potestatem verò hanc à  
Legislatoribus civibus Romanis concessam, Juris Civilis  
esse statuimus. Nullæ enim aliæ gentes sunt, quæ talem  
potestatem habent, quam cives Romani. *§. jus autem 2.*  
*Inst. de patria potestate.* Quibus verbis Justinianus non ne-  
gat, alias gentes liberos suos habere in potestate, sed hoc  
negat, potestatem illam & talem, quam & quam cives Ro-  
mani in suos liberos habent, aliis communem esse; eò, quod  
in illa sint per multa aliis gentibus incognita, puta, solen-  
nitates nuptiales, legitimationes, adoptiones, emancipatio-  
nes, & si quæ sunt ejusmodi alia (*de quibus infr.*) à Romanis  
inventa ad quæ potestas illa conformata est, ut ita potestas  
patria communis sit etiam aliis, talis tamen, quam habent  
Romani, non sit aliis communis. Hinc in *I. item 3. D. de his,*  
*qui sui vel alieni juris sunt* dicitur potestas hæc jus Civium  
Romanorum proprium. Neque enim usquam apud alias  
gentes liberos necessarios heredes facere, eisdemque testa-  
mentum condere permisum esset usitatum, quemadmo-  
dum apud Romanos. *I. morib.* 2. *§ prius autem q. D. de vulg. &*  
*pupillar. subst. conditionibus s. D. de condit. & demonst.* IV Vesenb.  
*ad § fin. Inst. de patr. potest.* *Vultej. ad pr. ejusd. tit. n. 15. Reinhard.*  
Backov.



Bachov.ad § 2. d. tit. Schneidw. ib. n. 2. VVurmser. in nul. jur. con-  
trov. disp. 2. contr. 1. Hænon. disp. 2. contr. 2. Timæ Faber. disp 5. th. 2.  
ubi ad aliquor rationes dubitandi respondet. Sed jam de effe-  
ctibus, qui ad propositum nostrum faciunt, aliquid videbi-  
mus. Constat equidem patrem olim habuisse jus vitæ &  
necis in filios. l. in suis n. in fin. D. de liber. & posthum. l. libertati  
io. C. de patr. potest. quod tamen tam Imperatores, quam  
JCTI. coarctarunt. l. in auditum 2. D. ad L. Cornel. de sciar. l. un.  
C. de his, qui parent. vel liber. occider., ita ut acerbè puniantur  
parentes, qui liberos suos occiderunt.. d. l. un. C. d.t. e-  
tiamli justo dolore id fecerint, cum patria potestas in pie-  
tate, non verò in atrocitate consistere debeat. l. Divus 5 D.  
ad L. Pompej. de parricid. Interim tamen decens quadam e-  
mendatio & potestas corrigendi parentibus hodiè concessa-  
est, arg. l. aut facta. 16. § causa, 2. D. de pœnis. add. l. unic. C. de  
emendar. propinquior. l. 3. C. de patr. potest. imò ex causis ex-  
pressis exhereditatio. Nov. 115. c. 3. Secundus effectus patriæ  
potestatis est, quod inter patrem & filium civilis obligatio  
non nascatur. §. item inutilis. 6. Inst. de inutil. stip. cum pa-  
tria potestas à jure Civili sit introducta, & pater atque filius  
una & eadem persona fictione juris censeantur. l. fin. C. de  
impub. & alii substit. Præcipuus quoque effectus patriæ po-  
testatis est, quod filiusfamilias non possit in civilibus con-  
tra alium esse in judicio, nisi licentiam à patre acceperit..  
l. fin. in fin. pr. ibi ne judicium sine patris voluntate videatur consi-  
stere. C. de bon. que liber. Porro filiusfamilias sine consensu  
patris uxorem ducere non potest. pr. f. de nupt. Deinde  
filiusfamilias etiam accidente consensu patris testamentum  
aut codicillos facere non potest, nisi de bonis castrensis,   
vel quasi castrensis, in quibus pro patrefamilias habetur.  
Vulcej. ad tit. f. quibus non est. permission. fac. testament n.  
8. & seqq Vid. omnino Rümer. decad. 6. q. 2. Item pater adven-  
titia bona filiorum ipsis filiis invitatis administrare potest.  
Dd. int. 1. C. de bon. matern. & sit. f. per quas pers. nob. oblig. acqui-  
ritur.



ritur. Denique quicquid filius acquirit, hoc patri acquirit, ita, tamen ut inter peculum distingvatur. pr. 7. per quas pers. nobis oblig acquir. §. igitur 1. Inst. per quas pers. cuig<sup>z</sup> acquiritur. Unde cum potestas tam patria quam dominica filiorum familias & servorum libertatem ita constringat, ut liberam faciendi, quicquid velint, facultatem non habeant, ex eo recte Vlpianus hic insert, quod velle non credatur, qui obsequitur domino patris vel domini. Propriè enim. is demum velle dicitur, (ut supra demonstravimus) qui sponte pro suo arbitrio facere potest id, quod alioquin cuivis plenè libero de jure facere licet. Quæcumq<sup>z</sup>, igitur vel obsequio vel vi vel metu fiunt, sponte fieri non creduntur; neque etiam voluntatis integræ effectus sortiuntur. Exemplum notabile reperitur in l. qui in aliena. 6. §. cum qui 7. D. de acquirend. vel omittend. heredit. Ubi is, qui metu verborum vel aliquo timore coactus, fallens adiit hereditatem, sive liber sit, haeres tamen non fit, sive servus, & dominum heredem quoq; facere non potest. Eandem ob causam excusationem metetur tutor, qui metu compulsus, auctoritatem suam accommodavit. l. novissimè 7. §. non semper 1. D. quod falso tutore autb. gest. esse dicatur. Plura exempla extant in l. liber homo 37. D ad L. Aquil. in l. liberorum 11. §. notatur 4. cum l. seqq. D. debis, qui not infam. Phil. Matth. hic. n. 4. & 5. Verum hisce maxime adversatur, l. fidejussor 26. § pater 1 D. de pignorib. ubi JCTUS Modestinus respondit, si filius jussu (vel persuasione) patris conscripserit chirograpbum sub commemoratione domus ad ipsum filium pertinentis pignorandæ, eum hac scriptura sibi praeditum fecisse, quia consensisse videtur. Resp. in hac lege. Item loqui de filio emancipato, qui patriæ potestati non subjacet, & consequenter etiam imperio patris non obsequitur. arg. §. præterea 6. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solvit. l. si superstitio 5. ib. per emancipationem tui juris effecta. C. de dolomalo, Vid. Phil. Matth. hic n. 8. & 9. Pac. tract. cent. 7. quæst. 79. add. Petr. Fabr. hic n. 13. & seqq. Hoc denique addendum est,



est, hac L. ad delicta plerumq; pertinere. Quod tamen cum distinctione accipiendum est. Aut enim sunt levia, aut gravia, hoc est, atrocia, arg. l. 157. in pr. D. b. t. l. is. damnum 169. D. eod. Exempla sunt in promptu, l. liber homo 37. D. ad L. A. quid l. si libertatem 6. C. de his, qui sibi adscrib. in testament. ibi pœna tamen falsi tibi remittitur, quoniam non poteras contra domini voluntatem venire. l. i. vers. qui eam, quæ in potestate, l. liberorum u. §. fin. D. de his qui not. infam. Ubi filius, qui intra tempora luctus viduam jussu patris duxit, excusatur, neq; infamia rotatur, cum venia dignus sit, qui patri obtemperavit. per jura alleg. add. Hippolyt. à Collib. hic. In atrocioribus vero delictis servum aut filium familias jussu patris vel domini non excusat, arg. d. l. 157. in pr. D. b. t. Dicuntur autem flagitia atrocia majora, quæ sponte nefaria & scelerata sunt. Cujnsmodi sunt adulterium, homicidium, latrocinium, rapina, furtum. & alia, quæ etiam nullo prohibente evitanda sunt. Si quis igitur tale quid etiam jussu domini vel parentis commiserit, non excusatur: quia in ejusmodi facinoribus servus vel filius obedientes esse non debent. l. non ideo 5. C. de accusat. Dn. Carpz in prax. crim. p. 1. q. 4. n. 7. Hinc exempla iterum reperiuntur, in l. servus 20. D. de O. §. A. l. is qui puteum u. §. an. gnoscitur 7. D. quod vi aut clam. l. si servus 2. C. de Sepulch. violat. Eo tamen casu, ubi delicta gravia sunt commissa, propter debitum obedientiæ pœnam mitigandam esse existimamus. per text. not. in l. servus 8. C. ad L. Jul. de r. i. publ. §. ibi Bald. §. Salicet. Dec. hic. n. 7. Menoch. in cas. 354. n. 12. §. 22. Imò parricidij pœnam ordinariam in casu, quo quis jussu parentum deliquerit, & parricidium commisit, remitti posse substituta pœna gladij testis est. Menoch. lib. 2. de arb. jud. question. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. quest. 60. n. 16. Philipp. Matth. ad l. ad ea 157. n. 12. Dn. Carpzov. in prax. crim. p. 1. quest. 19. n. 45. §. seqq. §. quidem n. 48. tradit cuidam adjudicata fuisse pœnam ordinariam cutie cum annexione. Man wolte ihr dann in anschung / daß es sie ihre Mutter gehissen / gnade erzeigen / vff dem Fall möchre sie mit dem Schwerdt vom Leben zum tode gestrafft vnd hingerichtet werden.

B

werden.



werben &c. Diff. Hanc diff. 2. hic Cagnol. n. 8. Et Hippolyt. à Collib. Sturt. n. 6.

L. V.

*Furiosorum:* ) Furiosum I. Cri appellant, qui mentis ad omnia lumine, hoc est sensu communi caret. Dementem verò, qui non usq; quaq;, sed ex parte tantum mentis errore dicitur, velut is de quo divus Pius loquitur, in l. b. c. quin. D. de tutor. & Curat. dat & in l. nec mandante 8. §. si prætor. i. eod. Etsuriosus à Demente passim distinguitur in l. hoc Colar. 2. D. de inoff. test. l. observ. 6. ff. de Curat furios d. l. §. i. D. de tutor. & Cur. dat l. ult. C. de admin. tut. vid. omnino Bald. in l. si furiosi 25. ad verba non solum dementis sed etiam furiosi C. de Nupt. & in l. humanitatis & C. de impub. & al. subst. vers. venio ad quartum notabile. Plerumque tamen furoris nomine comprehenduntur quæcunq; dementia, quum sc̄ mens fertur extra se. vid. l. i. in fin. & 2. D. Ædil. Edict. & adde Hippolyt. à Coll. hic. Ideo hæc Nomina (Dementes, amentes, insani, mente capti.) promiscue sub tit. D. & C. de Curat furios. usurpantur & furiosorum nomine L. XII. Tab. generaliter usa est in l. qui habet 3. §. quia autem i. D. de tutel. Cæterum duo in libris nostris furiosorum genera reperiuntur. Unum eorum, qui in perpetuo furore sunt, & qui continua mentis alienatione omni intellectu carent l. divus Marcus 14. D. de off. præf. l. si cum dotem 22. §. si marit 7. D. solut. mat. l. cum præter 12. §. non autem omnes 2. vers. natura D. de judic. Alterum eorum quorum furor intermissus est & dilucida habet intervalla, sive inducias d. l. 22. §. 7. D. d. solut. mat. l. cum aliis 6. C. de Curat furios. l. furiosum 9. C. qui testam fac. poss. Hic enim non solum à publico, sed à privato etiam negotio gerendo remotus est, quia intellectum non habet d. l. 22. §. 7. D. solut. matr. nec voluntatem l. furiosi 40. D. b. t. l. qui servum 47. D. de acquir. vel omitt. hered. adeo ut absenti, dormienti & ignorantibus qui paretur. l. si à furioso 24. d. O. & A. l. si ei 2 §. furiosus 3. D. de Jure Codicill. dec. hic n. i. Philipp. Matib. n. 3. & 4. Petr. Fab. n. 22. Qui verò Intermissum



missum furorem habet intervalli tempore (modo sit clarum) ad mentis sanitatem eum rediisse tam publica quam privata recte gerit & administrat omnia. Itaq; Iudex esse, testamenta facere, aliisq; factis testis adhiberi potest. l. cum furiosus 3. in pr. D. de J. l. qui test. 20. §. ne furiosus 4. D. qui test. fac. poss. Schneid. in §. testes. 6. Inst. de testam. n. 6. Oec. bic n. 3. adde Neldel. bic.

Eorum quifari possunt, quamvis actum rei non intelligent: ) Distinguuntur hoc loco ij qui fari possunt, hoc est pupilli à furiosis in eo, quod hi nullum negotium contrahere possint, pupilli vero qui fari possunt omnia tutorum autoritate agere queant. Cujus diversitatis ratio obscura non est. Quandoquidem experientia testis est infurioso nullum esse animi judicium, quam ob causam nec quicquam velle vel agere is censetur. quis ero. 47. D. de acq. vel amit. her. Sed per omnia & in omnibus absentis vel quiescentis loco habetur, uti infer. demonstr. Pupillus verò aliquem intellectum habet, cui quod deest auctoritate tutorum suppletur. S. pupillus 9. Inst. de inut. stipul. de quibus Infr. plura habentur vid Reinhard. Bacbov. ad S. furiosus Inst. de inutil. stipulat. Cum verò pupillaris etatis tres sint partes, Infantia nimirum & ea quae infantiae proxima est, & deniq; tercia quæ proxima est puberti; de singulis aliquid dicendum est. Infans est qui septimum nondum complevit annum veluti apparet ex pr. l. si infant 18. C. de J. delib. l. i. § sufficit 2. D. de administrat. Ep. sic. tut. Menoch. de arbit. Jud. quest. lib. 2. cas. 57. n. 9. 10. Et in Phil. Matth. ad l. fere in omnibus 108. b. t. n. 31. Hoen. disp. 2. bic Proximus autem infantiae est, qui infantiam jam est egressus; cum nullus terminus dari possit, qui antecedat infantiam. Nullo alio sensu igitur dici possunt infantiae proximi, quam quod infantiam egressi sunt. Quamdiu autem dicatur infantiae proximus & incipiat pubertati proximus fieri valde controversum est. Petrus Faber. bicnum. 2. Proximum infantiae dicit eum esse, qui nuper septennium est egressus, quamvis quid loquatur sciat, non tamen quid agatur intelligit, & ideo etiam nullum intellectum habere dicitur, S. pupillus Inst. de inutil. stipulat. Accursius in d. S. pupillus vers. sed quod diximus. Statuit marem proximum infantiae dici ab anno septimo usq; ad annum decimnm & dimidium: foemel-



Iam vero usq; ad annum nonum & d̄midium: sed deinceps proximum pubertati appellandum esse mārem usq; ad annum decimum quartum: fōem ellam vero usq; ad duodecimum annum. Alii aliter vid. Philip. Matth. ad d.l. 108.n.32.33. & seqq. ubi vid. ad n.39.

Nos totum hoc quod ad proximitatem infantiae & pubertatis spectat) judicis arbitrio inspectis locorum moribus, personaeq; circumstantiis & regionis natura, relinquendum arbitramur. Siquidem pro regula traditur, quod ex arbitrio judicis pendere debeat id, quod expresse definitum non est l.i.in fin.D.de jur.del & text.not.in c.ult.X.de Trans.ibi. In his vero super quibus ius non invenitur expressum, procedas (aequitate servata) semper in humaniorem partem declinando, secundum quod personas & causas, loca & tempora postulare videris. Arbitrium autem illud ejusmodi esse debet, ut non ex privato judicis affectu dependeat, sed quoad ejus fieri potest (utri ex d. cap. constat) quam proximè accedat ad normam LL. quæ svadent ut judex hoc casu rationem habeat, non tantum annorum, sed etiam conditionis, regionisq; in qua impubes natus est, aliarumque qualitatum & circumstantiarum. Cum enim unius (regionis sc.) temperamentum sit præstantius alterius deterius, & naturæ regionem varient, & citius in hac tardius in illa cœli plaga pubescant humana corpora, facile fieri potest, ut unus eadem aetate plus vel minus intellectus habeat quam aliis. Etsi quidem in c. continebat 6. & c. attestaciones 10. X. de spons. impub. junct. l. non tantum 17. in pr. D. de Excus tur. is pubertati dicatur proximus, cui ad plenam pubertatem sex menses adhuc desunt: attamen textus de subjectis ibidem casibus exaudiendos esse, neque ad alios, in quibus eadem ratio nihil momenti habet extendendos, recte assurit; Philip. Matth. ad d.l. 108. n. 44. & seqq. ubi vid. Tuentur hanc sententiam, Coras. lib. 6. miscel. c. 23. Menoch. loc. sup. cit. n. 44. & Philip. Matth. d.l.

Furiosus nullum negotium contrahere potest) Non omnis & quilibet, sed is duntaxat, qui in perpetuo furore constitutus est, vel qui continua mentis alienatione omniq; intellectu caret, uti superius demonstravimus. Quemadmodum igitur

regu-



regulariter nec ex contractu, ita etiam nec ex delicto furiosus  
obligari potest. I. illud relatum 3. §. sanè sunt i. D. de injuriis l. sed  
& si quemung. 5. §. & idèò querimus 2. ibi quæ. enim in eo culpa  
sit, cum suæ mentis non sit D. ad L. Aquit. Hænon. disp. 2. hic. Dn.  
Carpz. in pract. criminal. p. 3. quest. 145 n. 9. Sed jam non incom-  
modè queritur utrum furiosus propter delictum commissum  
puniri debeat! Resp. Disting. Aut delictum commissum est  
in furore & furore percitus à poena excusatur, quia fati infe-  
licitas eum excusat, ut loquitur J. C. Modestinus in l. infans 12.  
D. ad L. Corn. de Sicar. ad c. aliquos 15. quest. 1. Clem. unic. de homici-  
gio. in verb. furios. l. poena par. 9. §. sanè si per furorem 2. D. ad L.  
Pomp. de parricid. l. quod in infans 60. D. de Re vind. l. apud Arist. 61.  
in fin. ibi. Impune a. puto admittendum, quod per furorem atque ius  
accidit &c. D. de administ. & peric. tut. Notissimi præterea est  
juris, quod delictum non cadat in eum, qui mente & intelle-  
ctu caret, cum peccata ex voluntate procedant, quæ libero  
mentis arbitrio & delinquendi proposito committuntur. text.  
notab. in c. merito queritur 15. quest. 1. Sed furiosum mentis exi-  
lium pati, manifestum est ex iis quæ superius prolata sunt. add.  
Andr. Gail. lib. 2. obs. pract. obs. 110. n. 21. Accedit etiam hæc ratio  
quod in maleficiis voluntas & causa spectari debeat non exitus  
l. 1. §. divus Hadrianus 3. l. in l. Cornelii 7. l. divus Hadrianus 14. D.  
ad L. Corn. de Sicar. add. l. verum est 39. ibi nec enim factum que-  
ritur, sed causa faciendi D. de furt. Atqui furiosi nulla est volun-  
tas l. furiosi 40. D. b. tit. Quare sicut nullum negotium gerere,  
ita ex maleficio commisso ad poenam imponendam obligari  
non potest. Cum nullum sit in eo delinquendi propositum,  
aut consilium, qui mente & sensu communis caret. Qui &  
pro absente & ignorante, imò etiam planè pro mortuo habe-  
tur per text. sup. alleg. Gail. l. sup. cit. n. 20. Dn. Carpz. in Pract. crim. p.  
3. q. 145. n. 16. Pb. Matt. b. c. n. 8. Menoch. lib. 2. de arb. jud. quest. cas 325.  
n. 2. & seq. & cas 329. in d. n. 1. & seq. Gomez. rom. 3. var. ref. c. 1. n. 57.  
& seq. Pet. Theod. in Coll. criminal. d. 10. t. b. 4. lit. H. & alii ibid. alleg.  
Notandum tamen furiosum ad poenam tum demum non obli-  
gari, si furor probatus fuerit. Neque enim delinquenti &  
furorem alleganti statim creditur ac poena remittitur vel mi-  
tigatur, si quidem quilibet homo sanæ mentis esse præsumitur,



donec contrarium deducatur. *Dn. Carpz. loc. sup. cit. n. 27.* Quare Reus in furore se fundans eundem probare debet arg. l. si is qui te 2. ibi ejus innocentia liquidis probationibus commendari potest. C. qui test fac posse vel non *Mascard. de probat. lib. 2. concl. 824. n. 5. Petr. Theod. loc. supr. cit. vers. quare cum furor non presumatur Et.* Quomodo autem probari possit ac debeat videre licet apud dicit *Petr. Theodor. loc. cit. Et Auth. à Dn. Carpz. loc. alleg. cit. n. 29.* *Et 30.* Quod si verò continuo furore is non laboret sed quasi in confinio sanitatis (ut loquitur *Dn. Carpz.*) Constitutus, dilucida intervalla habeat, propter delictum commissum omnino puniri debet. *l. divus Marcus 14. D. de off. Praefd.* Cessantibus enim hoc casu rationibus supra allegatis, cessat poenæ excusatio. Hic tamen vicissim circumspetione opus est. Quandoquidem priusquam ad poenam deveniatur, ab adversa parte probari debet, eo ipso momento, quo crimen est commisum, delinquentem non furiosum fuisse arg. l. cum qui *22. D. de probat. l. possessione 2 C. eod.* Quemadmodum enim quilibet homo sanæ mentis esse presumitur, donec contrarium probetur. Ita etiam, qui semel furiosus perhibetur, in posterum quoque talis judicatur *text. notab. in c. cum dilectus ult. X. de success. ab intest. v.* Nos causa millam tibi sub hac forma duximus committendam *Et junct. vers.* Si verò legitimè probaverit Archipresbyterum *Et c. Dn. Carpz. d. l. n. 34. 35. Et seqq.* Ilbi non solum sententiā Scabinorum Lipsiensem pro confirmanda hac assertione adducit, sed etiam rationem contrarium resolvit. Et hæc etiam in mente capto insano, lunatico, phrenetico, nec non Epilepsia laborante, si in ipso paroxismo delinquat obtinere tradunt modò cit. *Petr. Theod. loc. alleg. Et Dn. Carpz. ib. n. 2. Et 30.* Sed porrò controversia non caret: si quis post delictum commissum efficiatur furiosus, utrum debeat in furore puniri necne? *Fachin. lib. 9. contr. Jur. cap. 3. Hænon. disp. 2. hic Et alii.* furiosum pro qualitate delicti condemnari & poena corporali affici posse ex *L. divus 14. D. de officio. Praef. contendunt.* Attamen moribus nostris non receptum esse, ut furiosus de maleficio ante furorem commisso, saltem furoris tempore puniatur te-

Ites sunt J. Cti clarissimi Andr. Gail d.lib. 2. obs. 119 n. 22. Petr. Theod.  
loc. sup. cit. lit. H. A quibus non dissenti. Dn. Carpz. in d. prax. crim p. -  
3. quest. 145. n. 22, 23. & 24. Quid verò de iis qui non quidem fu-  
rore & insania sed stupiditate quadam & Melancholiâ labo-  
rant, & eorum contractibus atq; delictis statuere debeamus,  
videre licet apud Petr. Heig. part. 2 quest. jur. civil. & Saxon. quest.  
38. à n. 15 usq; ad n. 60. Certum nihilominus est in hisce casibus  
bonum Judicem arbitrium suum temperare debere, atque  
circumstantias omnes & singulas, & quæ ita occurunt probè  
perponderare add Dn. Carpz. d.l à n. 53 usq; ad finem ..

Pupillus omnia tutori auctore agere potest.) Pupillus est,  
inquit J. C. Pomponius in l. pupillus 239. in pr. D. de V. S. qui cum  
impubes est, desit in patris potestate esse ant morte, aut eman-  
cipatione. vid. Ged. ibid. Hic igitur pupillosis dicitur qui  
propter ætatem se ipse defendere nequit, ideoque defensione  
& auctoritate tutoris opus habet. Quod tamen non est per-  
petuum. Nam sine tutoris auctoritate alios etiam sibi solus  
obligare potest, puta: stipulando, contrahendo aut paciscen-  
do, quia conditionem suam meliorem per se facere potest: de-  
teriorem verò non aliter, quam cum tutoris auctoritate pr.  
Inst. de aut tut. Quando verò se aliis obligat, tunc auctoritas  
tutoris est necessaria. Et ita accipienda sunt l. hujus verba fi-  
nalia. Est autem auctoritas tutorum vis illa, (de qua in §. 1.  
Inst. de tutel.) atque potestas quam tutorès vel ex testamento,  
vel ex lege, vel per judicem receperunt in persona pupillo-  
rum defendenda, rebusq; ipsorum administrandis. Tutor  
enim principaliter datur personæ & in consequentiam rebus  
pupilli §. certe autem rei 3. Inst. qui test. tut. dor poss. junct. l. cum  
plures 12 §. cum tutor 3. D. de Admin. & peric. tut. Auctoritatem  
verò praestare nihil aliud est quam probare id quod agitur: hoc  
enim est auctorem fieri tutorem, quando tutor comprobat  
id quod à pupillo agitur. l. etiam si 3. D. d. aut. tut. Hisce praemissis  
decidenda jam venit quæstio hæc: An in contrahendis nego-  
tiis, eadem causa sit pupillorum qui fari possunt, hoc est pro-  
ximorum infantarum & furiosorum? Ratio dubitandi, quod  
nimi-

Fr:



nimirum eadem causa sit, potest esse, quia neuter intellige-  
quod agitur § furiosus 8. J. de inutil. stip. & l b. s ibi quamvis actum  
non intelligerent. V. C. Si acquirenda est hereditas, neuter scit,  
ex testamento ne, an ab intestato, jure agnationis vel quo tan-  
dem jure hereditas obveniat, quod tamen in acquirenda he-  
reditate requiretur, l si is ad quem 22. D. de acquir. vel amitt. heret.  
Item neuter intelligit, an delata sit hereditas, quod tamen in-  
telligere debet l. qui hereditatem 19. D. eodem contrarium tamen  
respondeatur utilitatis, hoc est benignitatis causa, aliam scili-  
cet causam esse furiosorum & aliam pupillorum. Pupilli i-  
gitur qui fari possunt auctoritate tutorum quocunque modo  
hereditatem aquirunt. text. notab. in l. pupillus, D. de acquir.  
r her. add. lestituta 37. § fin. D. ad SCt. Trebell. bonorum possessio-  
nem petunt. l. bonorum 7. C. qui admitti ad bon poss possunt. l. ser-  
vus 7. § impubes 1. D. de bon poss. Furiosi non item d l pupillus 9. D.  
de acquir. hered. l si quis alicui 48. l furios 36 D. eod. Furiosus pos-  
sideret aut usucapere non potest l. nunquam 31. § si vi aut clam 4.  
D. de usurp. & usuc. Pupillus potest etiam infans l. quamvis 32.  
§. infans 2. D. de acquir. vel amitt. poss. l. donatorum 3. C. eod. Pupil-  
lus sponsalia contrahit, furiosus non contrahit. l. furor 8. l. in  
sponsalibus 14. D. de sponsalibus. Pupillus contrahere & obligari  
potest quod furiosus nequit l. obligari 9 in pr. D. de auth tut. l. ob-  
ligari 43. in pr. l. l. §. furiosum 12. D. de Obl. & Act. ubi dicitur Furio-  
sum sive stipuletur sive promittat, nihil agere natura manifestum est.  
Cujus sententiae ratio proxima haec est, quod inter absentes sti-  
pulatio contrahiri non possit cum exaudire invicem debeant.  
l. l. in pr. & §. l. D. de V.O. Furiosus autem absentis & quiescen-  
tis loco habetur. l. sup. alleg. 2. §. furiosus 3. D. de Jur. codicill. Ma-  
net igitur firmum aliam esse causam furiosorum, & eam qui-  
dem deteriorem quam pupillorum, immo & ipsorum, qui sunt  
infantiae proximi. Consistit namque ratio differentiae in u-  
triusq; natura. Furiosus prorsus inops animi est, proximus  
infantiae, quamvis per etatem aliquid R E C T E intelligere &  
scire non possit, semina tamen crescentis indies judicii habet,  
ita ut mente non careat, & respicitur ratio naturae potius,  
quam



quam ætatis imbecillitas: cum in furioso mens penitus absit  
& nullum judicium adsit. vid Reinh Bachov. ad §. furiosus 8. 3.  
de inutil. stipul. add. Hipolyt. à Collib. & Petr. Fab. hic. Hæc de fu-  
rioso & pupilli jure diverso. Jam de pupilli persona & ejus ob-  
ligatione. Notandum igitur primò est, quod quædam agat tu-  
tor solus, quædam pupillus cum tutore, nam authoritatem  
præstanto, non tam agit tutor aliquid, quam pupillo agenti  
adest. Et rursus id aliquando arbitrium est, ut pupillus &  
tutor concurrant (multa enim facere solus tutor potest & vice  
versa) aliquando necessarium, veluti si agatur de acquitenda  
hereditate, quam tutor adire non potest pupillus tutore au-  
thore potest & debet §. i. 3. de author. tut. Et igitur in quibus-  
dam actibus oportet concurrere pupillum & tutorem; quos-  
dam tutor solus rectè peragit, & quos si pupillus exequi velie-  
siquidē validi esse debeant, opus est authoritate tutoris; cæte-  
roquin ea deficiente sunt invalidi per se, sed sustinentur favo-  
re pupilli in quantum ipsi utile est & commodum pr. 3. d. tit.  
Notandum secundò: In omni obligatione duas ad minimum  
partes spectari quarum vel utraq; obligatur vel alterutra tan-  
tum! Si jam contractus occurrit, ex quo utraq; pars obligatur  
ut est emptio, locatio, societas & similes l. labro 19. D. de V. 5. pu-  
pillus sine authoritate tutoris obligari non potest: veruntamen  
is qui cum pupillo contraxit obligatur, quoniam imputet si-  
bi cur cum eo contrixerit, cuius conditionem noverat, vel  
nosse debebat l. qui cum alio 19 D. de R. 3. Si verò contractus est  
ejusmodi ex quo utraq; pars non obligatur sed altera tantum,  
quod sit in stipulatione, in hoc pupillus sibi obligabit alium:  
si autem se absq; tutore obliget contractus omnino nullus est,  
obligatio nulla arg. §. pupillus q. 3. de inutil. stip. Si verò negotium  
est tale, quod pupillo prodesse potest, tutor autem non vult au-  
thor fieri, negotium hoc ex eo impeditur. Minimè tamen  
hoc damnosum est pupillo, quoniam si tutor author fieri no-  
lit, & res expediatur pupillo damnum quod ex omissione nego-  
tii contingit, ipse finitâ tutela actione tutelæ repetit quem-  
admodum etiam actione tutelæ repetit damnum quod sen-  
sit ex negotio, authore tutore facto l. i. D. de Tutel. & rat.  
distribend. Et hoc est quod dicitur in text. notabili l. situtor.



17. D. de authorit. tut. Tutorum non posse cogi à pretore, ut author sit, id est, ut probet id quod à pupillo geritur. l. etiam si. D. eod.. Ratio hæc est ut dictum, quia pupillo nihilominus prospectum est, ut si quod damnum sensit id repetere possit à tute, vel ejus herede, vel fidejussore, vel interdum etiam à Magistratu, l. i. Et fermè tot. tit. D. de magist. convenientis. Cæterum quod superius dictum est pupillum sine tutoris authoritate aliis non obligari, illud accipendum de eo casu, quando pupilli persona duntaxat in considerationem venit, quod si enim nō persona sed res ipsa attendenda esset, adeoq; ex re actio promanaret, & pupillus & furiosus obligantur, etiam si tutoris authoritas non intervenerit. text. notab. in l. furiosus 46. D. de O & A. Idem obtinet, si pupillus ex contractu quem sine tutoris autoritate iniit, factus sit locupletior, vel uti appareat ex l. pupillus s. §. pupillg. i. D. de author. tutor. l. in pupillo 47. D. de solutionib. g. l. naturaliter 13. §. idem i. D. de condit. in deb l. sed mihi videtur. 3. in pr. D. commod. l. i. §. an in pupillum 15. D. de posit. l. in causa cognitione 16. in pr. D. de minoribus l. si pupilli 6. D. de negot. gest. l. quamvis 8. §. ult. D. ad SCt. vellei l. apud celsum 4. §. si quis pupillo 4. D. de dol. mal. Et met. except. Item si dolum commiserit l. pupillum iii. D. de R. f. d. l. i. §. an pupillum 15. D. depos. l. si ex causa 9. §. nunc videndum 2. D. de minoribus. l. hereditibus 13. §. item i. D. de dol. mal. Denique hic loci resolvendum erit dubium illud, quod tantoperè interpretes movent: An videlicet pupillus (*is sc. qui consensum habet*) absque autoritate tutoris naturaliter obligetur? Jure civili, equidem in contractibus (nam indelictis neminem excusari constat *ex l. i. & 2. (si advers. delict. junct. l. si ex causa 9. §. nunc videndum. 2. l. auxilium. 37. §. fin.* D. de minoribus.

Quamvis per mitigationem poenæ & ætati & imprudentiæ succuratur, uti dicitur *ad l. ferè in omnibus. 108. D. b. t.*) Pupillus non obligatur l. obligari 43. vers. pupillus D. de O. & A. l. pupillus 189 D. b. t. Sed a jure naturæ obligetur nec ne, textus juris admodum, vacillare & in utramque partem inclinare videntur. Sunt enim leges quæ indistinctè tradunt pupillum eo casu ne naturali quidem jure obligari, quemadmodum videre licet *ex l. quod pupillus 41. D. de condit. indeb. l. pupillus 59. D. de O. & A. l. i. in fin. D. commod.* Etdicitur planè non obligari l. i. §. de pupillo 2. D. de pecun.



pecun. constit. l. si ex duobus 12. §. si à Titio l. D. de duobus reis constit.  
Sunt etiam quæ simpliciter contrarium statuunt l. i. in fin. D. de  
Novat. l. si pupillus 21. D. ad L. falcid. l. si ejus 64. D. ad SCt. Trebell. l.  
in numerationibus. 44. D. de solution l. Marcellus 25. D. de fidejussorib.  
l. creditore 41. D. de Jurejur... Quæ LL. omnes satis ostendunt  
pupillum ex sua promissione, vel mutui acceptione naturali-  
ter obligari; quantumvis sive tutore id fecerit. Hæc contra-  
rietas tam ex supra scriptis & exceptis casibus, tum etiam ex subse-  
quentibus optimè decidi potest. Accipiendæ enim sunt aliquæ  
de pupillo cuius res ex contractu aucta non est, & ita non obli-  
gatur d. l. quod pupillus 41. D. de cond. in deb. l. pupillus. 59. D. de O &  
A. d. l. 1. § 2. D. de pec. const. l. 12. § 1. D. de duobus reis constituend. Ra-  
tionem hujus rei inferius subiiciemus. Postiores verò LL.  
intelligendæ sunt de isto pupillo qui ex contractu, quem sine  
tutoris autoritate iniit, locupletior factus est. l. si pupillus 21.  
D. ad L. Falcid. l. si jus 64. D. ad SCt. Trebell. l. in numerat. 44. D.  
desolut. Hic tamen notandum quod pupillus ex mutuo con-  
ditionem suam deteriorem semper non faciat: cum fieri pos-  
sit, ut pecuniam ex contractu mutui acceptam in rem suam  
converterit, vel etiam in vicem promissionis, quam alteri fe-  
cit, aliud quodpiam emolumendum acceperit. Proinde pu-  
pillus ex contractu sine tutoris autoritate inito dum demum  
naturaliter obligatur, si consliterit ipsum factum inde esse locu-  
pletorem, cum jure naturæ æquum sit, ne quis cum alterius  
detrimento fiat locupletior. l. nam hoc 14. D. de condict. indeb. l.  
jure naturæ 206. D. de R. f. Verum hisce valde obstare videtur  
l. Stichum 95. §. additio 2. D. de solution & liberation ibi. non enim  
quanto locupletior pupillus factus est, sed in solidum creditum suum  
ex hereditate retinet. Resp. JCtum Papinianum ibi loqui de re-  
tentione, quæ majorem favorem sortita est quam acquisitione.  
Multa enim retineri possunt, quæ acquiri nequeunt inquit Si-  
chard. ad l. per retentionē q. C. de usur. n. 8. vel cum Dno. Riemer. di-  
cimus hanc l. non loqui de obligatione naturali, de qua no-  
bis sermo est, sed quâ ratione debitum etiam inanè prosoluti-  
ne cedat adeuntibus hereditatem. Cum igitur peculiare hic  
statuat Papinianus in hæreditatis aditione, ut nimirum soli-  
dum ita consequi possit creditor, sequitur in aliis non solli-

C. 3.

dum.

Fr.



dum regulariter, sed in quantum locupletior factus est pupillus, creditorem ejus consequi, per text sup. alleg. Quæ responsio cum superiori in effectu fermè eadem est. Sed modo dictis interum maximè adversatur l. cum illud 25. §. 1. D. quando dies legat. cedat. Ex quo communiter concluditur, pupillum ex mutuo naturaliter obligari, etiam si locupletior factus non sit. Resp. Obligatio naturalis cu jus in d.l fit mentio referenda est ad illud debitum quod postea contingere potest, si videlicet pupillus locupletior factus, pecuniam exsolvat: non verò ad debitum præsens, quippe quod nullum erat pupillo nec dum locupletiore facto per text. supr. alleg. Facillimè enim fieri potest ut pupillus pecuniam, quam fine tutoris autoritate mutuo accepit in negotiationem aliquam conferat, ex qua protinus locupletior non sit, sed interjecto longiori aliquo intervallo demum lucrum exinde nanciscatur... add. Phil. Matth. & Dd. ibid. citatos. Breviter deniq; in hac intricatissima controversia cum Dn. Reinhard. Bachov. ad §. pupillus 8. J. de inutil. stipul. ita concludimus: Pupillus qui est pubertati proximus, & satis intelligit quod actum est, & obligatur & non obligatur. Obligari videtur, quando obligatio naturalis in se quatenus ex consensu oritur, consideratur, & pupillus non longè à pubertate ponitur. Quatenus verò illa obligatio Effectu pene pro nulla habetur eatenus pupillus non obligatur. Si enim omnes atque Singulos effectus, quos naturalis obligatio producit, isti obligationi tribueremus, facile in damnum pupilli vergeret, verbi causa quod naturaliter debetur compensari potest l. etiam 6. D. de compensat. E. & pupillo ob hoc debitum objici poterit compensatio. Item naturaliter debitum si fuerit solutum repeti non potest l. naturales 10. D. de O. & A. Schneidw. ad pr. J. de oblig. n. 23. & seq. E. in pupillo quoq; cessabit repetitio, cum sit itidem effectus naturalis obligationis? At hoc jure non admittuntur, nec patiuntur compensari aut retineri hoc debitum l. quod pupillus 41. D. de conduct. in debit. ut perinde propterea sit, ac si pupillus naturaliter obligatus non esset. Et hoc ita statutum est jure in gratiam favoremq; Personæ pupilli: quo cessante cessat & ipsa dispositio. Si itaque pupillo promitten-



te quis pro eo pignus dedit, aut fidejussor intercessit (quæ etiam  
naturali obligationi accedere trid. Schneidvr. loc. supr. cit. Reinhard.  
Bachov. ad tit. Feund. §. 2.n.3. & seqq.) & pignus tenet, & fidejussor  
efficaciter conveniri potest l. Marcellus 25. D. fidejuss. l. si pupil-  
lus 127. de V.O. Jura enim, Pupillo tantum non aliis etiam vo-  
lunt consultum: ideoq; quoad hoc obligationem pupilli na-  
turalem integrum relinquent. Eo etiam pertinet quod obliga-  
tio pupillaris novari per alium, & pupillus tertii obligatio-  
nem in præjudicium ejus novare potest l. i. supr. alleg. D. de No-  
vation. Et ad hunc modum fœmina intercedens propter con-  
sensum absque omni dubio naturaliter obligatur: Sed quia  
SCtum Vellejanum talem impropat obligationem l. & primo 2. §.  
1. & 2. D. ad SCt Vellej. l. quamvis 9. C. eod pro obligata effectu non  
babetur, & solutum ex causa intercessionis condicere potest,  
d. l. 9. & l. qui exceptionem qo in pr. D. de condic. indebit.

## L. VI.

*Non vult heres esse*) Hereditas scil. ex testamento vel ab  
intestate delata acquiritur vel adeundo, vel pro herede geren-  
do. Adire hereditatem, est p̄fosteri se velle heredem esse, seu  
nudam voluntatem suscipiendæ hereditatis declarare vid. Fa-  
chin. lib 6.c.50. Pro herede gerere est in rebus ad hereditatem,  
aut jus heredis pertinentibus aliquid tanquam heredem &  
dominum facere §. 6. Inst. de her. qualit. & differ. Acquiritur itaq;  
hereditas animo & declaratione voluntatis, quæ sit vel ver-  
bis vel factis. Hæc quæ factis sit dicitur in specie gestio pro he-  
rede, gerere enim aliquid facere significat. Declaratio qnæ sit  
verbis solet in specie aditio dici: licet dubio procul adire here-  
ditatem in genere significet acquirere hereditatem, & proin-  
de etiam gestionem pro herede comprehendat arg. d. §. 6. Inst. de  
hered. qual. & differ. Minimè tamen Justinianus sibi contradic-  
cere videtur, dum pro herede gerere ait eum, qui quoquo mo-  
do vel re vel verbo voluntatem de hereditate adeunda declarat,  
*Versiculus* enim quoquo modo & accipiend⁹ est pro separata ora-  
tione, ut sciamus Justin. Imperat. repetere, quod antedixit ad-  
quiri hereditatem aut pro horede gerendo) quoquo modo he-

C 3

Fr.



reditatem aut pro herede gerendo (quōquo modo hereditas adquiritur per declarationem voluntatis re vel facto, aut nuda voluntate) & ita adquiritur per declarationem voluntatis, quæ sit verbo, & sic referenda est hæc locutio ad ea quæ Superius ab Imp. dicta sunt, quod nimurum his duobus modis heres quis fieri possit. Aditio igitur hereditatis & pro herede gestio, ut appellationibus, ita & re ipsa in juris usu distincta sunt, quemadmodum eruditè hoc explicant Don.lib.7.comm jur.civ.c.8.Reinh Bachov.ad d. §.item extraneus 6 Inst. tit. alleg. Etsi verè solo animo hereditas adiri possit, nec dubium existit ullum, quin jure Civili quis heres factus intelligatur simulatq; oculum hereditati adjecerit, eamq; sibi acquisitam velle animo constituerit d. §. 6. l.pro.her.20.in pr. D.de acq. et amit.her.l.si avia 6.c dejur. del. ve-  
xissimum tamē est pro herede sese gerere videri posse neminem neq; quasi heredem creditoribus obstrictū esse quenquam, nisi tale quippiam fecerit, ex quo heredem se esse negare non possit l.1.c.de rep vel rest.her. Etenim gestio pro herede & facti est & animi l.pro her.20 in pr. Et §.1.D.de acq.vel amit.her. Atq; is demum pro herede sese gerere dicitur, qui posteaquam heres esse vo-  
luit, aliquid etiam quasi heres facit, veluti ædes hereditarias lo-  
cat, hortos colit, prædia distrahit, vel alio quopiam facto ani-  
mum suum declarat. d.l.20.d. §.6 ex quibus textibus appetet, hereditatem quidem adiri solo animo posse, sed gestionem pro herede censeri non posse, nisi ad animi destinationem factum, aliquod accesserit. Objicitur a. hic l. ger. 88. D.de acq. vel omit.her.  
ubi dicitur *eum gerere pro her qui animo agnoscit successionem licet*  
*nihil herd. attingat.* R<sup>2</sup> pro herede gerere s<sup>æ</sup>pissimè pinguis ac-  
cipi, veluti colere fundū, vendere res hereditarias: aliquando  
*paulo subtilius.* Itemq; attingere aliquid hereditarium, eodem  
modo aliquando latius, aliquando strictius, quemadmodum  
in d.l.88.negatur aliquid attingere hereditariū, qui retinet do-  
mum pignori datam ut hereditariā, aut possidet rem aliquam  
alienam hereditariam, qui tamen verbis in latiori significatio-  
ne acceptis revera attingere dicitur, & rectè aliquid heredita-  
rium: siquidem hæc utiq; sunt facti nec consistunt in declarati-  
one nudæ voluntatis, cum citra verba illa perficiantur vid.Phil.  
*Math. hic n.8 Et seq.* Sed jam quæritur: utrum quemadmodum  
nuda voluntate adquiritur, ita eadem etiam amittatur, sive re-  
pudie-



itas  
uda  
qva  
is ab  
is fi-  
ap-  
ad.  
einh  
mo  
Ci-  
tati  
§.6.  
ve-  
em  
nisi  
ssit  
ca-  
um  
vo-  
lo-  
ni-  
et,  
oro  
m.  
ver.  
cet  
ac-  
do  
em  
n.  
o-  
m  
o-  
a-  
ti-  
il.  
m  
e-  
ce  
ce

pudietur hereditas? *JCtus in h.l.6.* respondet quod sic: Non inquit vult heres esse, qui ad aliam transferre voluit hereditatem. Ex subsequentibus res erit manifesta.

*Qui ad alium transferre voluit?* Hæc verba dupliciter intelligi possunt. Primo simpliciter pro nuda voluntate: ut quia declaravit voluntatem suam esse, quod hereditas in alium transferatur. *arg.l. si quis ita her. 82. D. de her. inst.* In qua lege explicatio hæc exemplificari potest, ibi n. heres sub conditione institutus, si legitimus heres, hereditatem vendicare nolit, hereditatem nanciscitur atq; adquirit. Nam si legitimus consentiat, ut hereditas in heredem institutum transferatur, appareat quod non velit esse heres, ut hic dicitur. Secundò illa verba: voluit transferre intelligi possunt cum effectu, ita quod re ipsa hereditatem aliquis in alium transmiserit. Voluntas n. ab ipso facto separata est & distinguitur *arg.l. promis. stichi 21. §. const. 2 D. de pec. const. c. i. X. de eo qui mit. in poss. add. dec. hic num. 3. & seqq.* Translatio autem hereditatis tam gratis quam accepto pretio fieri potest. *Petr. Fabr. hic n. 10.* Cæterum quæ sit sententia *bujus leg. 6.* perspicue cognoscipotest ex l. fuit *quaest. 24. D. de acquir. vel omit. hereditat. l. licet. 2. D. si quis omis. caus. test.* quarum duarum legum inscriptiones, cum hujus nostræ legis inscriptione ita congruunt, ut convenientius exemplum huic nostræ regulæ applicari nequeat. In allegatis n. legibus questionis fuisse scribit *JCtus Vlpian.* An is se pro herede gerere, ideo quod peccuniam accepit, ne heres esset. Non n. vult heres esse ut dicatur in hac regula, qui ad aliam transferre voluit hereditatem. Deinde cum scriberet idem *Vlp. in l sup. cit. 20. §. 1. D. de acq. vel omit. her.* in dubium invocatum esse animis, se pro herede quoq; gerere videatur, qui servos hereditarios & hereditaria jumenta aut pascie vel fundos, ædes ve locat, aut ruinosas fulcit aut res tempore perituras distrahit, non hoc animo quasi pro herede se gereret: sed vel substituto, vel ab intestato venienti heredi prospiceret. Respondit non videri hunc pro herede se gessisse, ideo quod pro herede se gerere non tam sit facti quam animi *Dn. Carpz. in Juriß for. p. 3. c. it. d. 21. n. 1.* Non obstante huic regulæ quod qui in alium hereditatem transferre vult, necesse fit ut ipse heres prius factus sit, qui nemo plus juris in alium transferre potest quam ipse habuit, *nemo 54. add. l. quod nostrum 11. D. de R. J.* Quia hic jus hereditatem acquirentur transfertur uti docet *Stur. hic n. 10.* Sed jam concludimus

24

Fr:



mus hoc modo: quoties dubitatur an quis hereditatem adierit, de quo saepe maximæ occurrere solent controversiæ, statim considerari oportet an gesserit aliquem actum, ex quo voluntas adeundi vel non adeundi appareat. Quoties vero quis hereditatem adiit, & ita semel heres factus est, is mutato consilio hereditatem ad aliud transire non potest propter regulam juris. Qui semel heres factus est heres esse non desinit t.ei qui solvero 88 in fin. D.de hered. inst. Cui consentit t sicut maj. 4.c. de rep. hered. Ubi idem statuit de eo, qui hereditatem semel repudiavit: Nam & huic postea regressus non datur nisi 25. annis minor fuerit, quo casu in integrum restituitur, si per repudiationem istam se laesum esse probaverit. Idq; in herede extraneo obtinet, secus se res habet in herede suo. Hic enim, quando res hereditariæ adhuc sunt integræ, ipso jure non petita restitutione in integrū, intra trium annorum spatum immiscere se se potest rebus ipsis, quibus antea abstinuerat, et jam si annum ætatis 25. excederit t ult. C. de rep. her. Phil. Matth. bic p. 10. & seq. ad. Dn. Carpz. vid. Jurisp. for. p. 3 c. 14 def. 21. n. 6. Tantum.

#### COROLLARIA.


- I. Nomine emptionis & venditionis non continetur omnis alienatio.
- II. Emptio venditio solo perficitur consensu.
- III. Emptione perfecta, ne quidem cum arrbarum dispensio recedere ab ea licet.
- IV. Pactum non valet ut societas ad heredes transeat.
- V. Licitum est contrahentibus se invicem circumvenire sc. in emptione & venditione.
- VI. Mortuum communem in locum etiam invitis ceteris sociis inferre quis potest.
- VII. Ludo aliquem vineens ad restitutionem non tenetur.
- VIII. Sumptus studiorum causa filio subministrati non veniunt in collationem honorum.
- IX. Mulier si fuerit certiorata de suo jure SCTo Vellejano utiq; renunciare potest.
- X. Doctores & Licentiati à Comitibus Palatinis creati (qui vulgo Bullari vocantur) iisdem gaudent & fruuntur privilegiis, quibus illi qui in Academiis & universitatibus promoti & renunciati.
- XI. Lese majestatis crimen ultra autores etiam hanc injuriosè extenditur.
- XII. Per personam sacerdotis curia non laetatur, quae eum prolatum est.



X 2615918

VJ 17





B.I.G.

Farbkarte #13



DEO OPTIMO MAXIMO FORTUNANTE!

ENODATIO 1646 7.6.16

# LEG. IV. V. VI. TIT.

PANDECTARUM POSTREMI,

Quæstionibus materiæ subiectæ  
convenientibus illustrata & ad disputandum,

In Celeberrimâ Academiâ Wittebergenî,

Ex decreto atq; Authoritate Amplissimi  
Collegij Juridici proposita

ab

# HENRICO COSELIO

de Pezlinovez J. U. D.

Respondente,

# GEORGIO FRIDERICO Nageln

Hal: Sax.

Habebitur

Ad diem 26. Julij.  
horis & loco consuetis.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVI.